

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ipocrisis bh  
cum fonte primo

Nemo potest personam fictam diu ferre.

Ficta cito in naturam suam recidunt, quibus autem ueritas subest,  
quecumque, ut ita dicam, ex solido enascuntur,  
in maius meliusque procedunt.

Seneca ad Neronem.

Difficile hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas esset,  
sed ad tempus sumpta;

nemo enim potest personam diu ferre.

Ficta cito in naturam suam reccidunt; quibus ueritas subest  
quaeque, ut ita dicam, ex solido enascuntur,  
tempore ipso in maius meliusque procedunt.

Lucius Annaeus Seneca, *De clementia*, Proem.1.6 (F. Préchac ed.,  
p.4).